



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

III. Practicæ Resolutiones circa præfata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

pecunia ante debita, nec rem tradi pro pretio, quæ illud valeat. 7. Fraude cessante necessarium non esse totam pecuniam numerari in conscientia: probabilius tamen videri requiri numerationem. 8. Redemptionem faciendam pro eodem pretio; solvi tamen posse in alia re, ex reuidentis consensu. 9. Non posse redimi minoris, quam emptus sit, si res omnes sint in eodem statu. 10. Pensionem non soluendam anticipatè ex obligatione: si sponte soluatur, non esse in conscientia contra Bullam. 11. Ex pensionibus decursis censum augendum non esse. 12. Reperiuntur, ad pensiones soluendas venditorem non teneri; quod si aliquo anno res fructus non ferat, deberi pensionem, modò res non sit redditus infructifera. 13. Liberè posse venditorem rem subiectam censui alienare; censualistam tamen in eius emptione esse præferendum. 14. Ob pensionem non solutam nullam pœnam censuarium incurrere, nec gravandum onerib. esse, quæ ad eum minimè spectant. 15. Venditorem haud cogi redimere censum: semper tamen posse pro libito redimere. 16. Non prohiberi per Bullam census irredimibiles, qui altiori pretio emuntur. 17. Denunciacionem extinctionis faciendam, postquam biennstre expectandum. 18. Census factos sub alia forma in constitutione Pij V. sceneratios iudicari præsumptione iuris: & authorem tamquam usuratum puniendum.

## C A P Y T III.

Praxis circa materiam de Censibus ex Societatis  
I E S V Doctoribus.

**R**equiritur ne equalitas inter Censem & pretium? Id plene in contractu censuali de iure naturæ requiritur. Vnde si aliqua grauamina hinc inde per pacta accessoria imponuntur, prudentis arbitrio sunt debitè compensanda.

*Lessius lib. 2. c. 22. dub. 12. n. 74.*

Less.

12. Requiritur ne in contractu census de iure naturæ, ut non apponatur pactum de redimento in favorem emptoris, ne sit usurarium? Seclusa lege positiva existimat *Valentia* tom. 4. d. 5. *Valent.* quæst. 22. part. 6. talem circumstantiam non requiri, & pactum redimenti apponi posse, dummodo hoc grauamen debitè ab emptore compensetur.

13. Si venditor censis non soluit fructus, potest ne ex his censibus

**Salas.** 416 *Moralis Theologie Tract. III. Iustitia,*  
*sus augeri, aut nouus constitui?* Posse *Salas* de cens. dub. 8. n. 13  
affirmat.

**Less.** 14. *Potest ne de pecunia credita constitui?* Aliqui asserunt  
alij negant. Existimo posse probabiliter, *Pij V. Bulla* expressè  
id prohibens, non est recepta. *Lege Lessium lib. 2. cap. 11.*  
dub. 13. n. 99.

15. *Est ne licitum partum de retrouendendo in favorem em-  
ptoris census?* Licitum est. Id est, potest obligari venditor cen-  
sus ab emptore, ut quando is voluerit teneatur removere cen-  
sum quem vendiderat, reddito eodem pretio, vel eo quod  
postea valebit census, prout inter se conuenient. Neque de-  
bet tunc emptor census computare pensiones interim percep-  
tas in partem pretij, modò tamen aliquo alio modo gra-  
men, quod per hoc pactum imponitur venditori; ad arbitri-  
um boni viri ab emptore compensetur. *Hæc Malerus.* Ta-  
men ob periculum usuræ pacta huiusmodi fugienda.


16. *Quandónam soluendus est census?* Respondet *Toletus* in  
fine anni, nisi aliud ferat consuetudo, aut pactum.

**Toler.** 17. *Est necessarium fructum loci non esse minorem redditu  
census?* Communis opinio est oportere non esse minorem.  
*Toletus* tamen negat id esse necessarium.

**Saa.** 18. *Potest ne fructus aliquis ex pacto solui pro censu, ut po-  
test solui pecunia?* Afferit *Saa* posse, etiam si locus censi  
subiectus talem fructum non ferat.

**Saa.** 19. *Licet ne census ex utraque contrahentium parte redi-  
mibilis?* Ex doctrina *Saa* existimo non licere.

**Saa.** 20. *Inter quanam bona census numerantur?* Intet immo-  
bilia adnumerari ex eodem *Saa* affirmo.



## *EXAMEN VIII.*

*De Iustitia & iure, circa materiam tertiam de  
contractibus onerosis, scilicet de  
Cambiis.*

### *CAPUT PRIMUM.*

*De Cambiis essentia, & speciebus.*

1. *Vid est Cambium?* Permutatio *negotiationis numis-  
matis* pro *numismate*. Non quilibet *permutatio*  
*Cambium*